B. N. C.
FIRENZE
1010
13

1010.13

SAMUELIS REYHERI, JC.
In Academia CHRISTIAN-ALBERTINA
Cod. & Mathem. Prof. P.

1010. 13

NOVUM HOROLOGIUM,

Mediante quo

Dies naturalis, ſemper hactenus in horas XXIV. *longas* diviſus, ob duplicem Cyclum intercalarem, non tantùm in XXIX. *breves*, ac XXXIII. *breviores*, ſed etiam, accuratioris demonſtrationis gratia, in XVI. *longiſſimas*, ac in XXXVII. *breviſſimas* horas ita diſtribuitur, ut *Annus Solaris exactè menſurari*,

&

CALENDARIUM

In certam, immutabilem, naturæque convenientem formam redigi,

Meridiani etiam accuratiſſimè diſponi, ac hoc modo

Locorum longitudines corrigi, queant.

Opus Aſtronomis, Chronologis, & Geographis apprimè utile, & quodammodo neceſſarium.

KILIÆ,
Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr. 1699.

PRÆFATIO.

Horologii hujus novi deſcriptio ob duplicem Uſum, quem non tantùm *Aſtronomiæ* & *Chronologiæ*, ſed etiam *Geographiæ*, *Hydrographiæ* ac *Navigationibus* præbet, commodè in duas partes dividitur, quarum Prior de *Temporum* reſtitutione, & *Calendarii* emendatione: Poſterior de *Meridianorum* diſpoſitione, & *Longitudinum* in Globo Telluris correctione aget.

Pars Prior.

De

Temporum reſtitutione, & Calendarii emendatione.

CAjum Julium Cæſarem, primum Romanorum Monarcham, quadrageſimo quinto plus minusve anno ante natum Salvatorem, ſvadente Soſigene, Aſtronomo Ægyptio, ad certam quantitatem, nempe CCCLXV. dierum cum quadrante magnitudinem, redegiſſe annum Solarem; Ne autem ſucceſſu temporis confuſio oriretur, quarto quovis anno integrum diem, ex quatuor quadrantibus compoſitum, intercalari, ſive in fine anni adjici mandaviſſe, notum eſt. Ab eo tempore anni fuerunt vel communes, ex 365. diebus, vel bisſextiles, ex 366. diebus conſtantes. Et hanc anni formam ac quantitatem poſtea Imperatores Chriſtiani retinuerunt.

Cum vero tempore *Conſtantini Magni*, aliquos Chriſtianorum citius, aliquos vero tardius Paſchatis feſtum celebrare animadverteretur, anno CCCXXV. in Concilio Nicæno, quod Conſtantinus Imperator convocârat, decretum eſt, ut omnes tam orientales, quam occidentales Chriſtiani, unâ eâdemque Dominica, quæ nempe poſt plenilunium, æquinoctio verno proximè ſuccedens, ſequitur, hoc feſtum agerent. Hinc terminos Paſchales intra XXII. Martii, & XXV. Aprilis concluſerunt, nè ſcilicet ante, vel ipſo XXI. die Martii, & poſt XXV. diem Aprilis unquam Paſcha celebraretur: quia nimirum eo tempore æquinoctium Vernum in XXI. Martii incidebat.

Si itaque Plenilunium die XXI. Martii, & quidem Dominica accidit, Feſtum Paſchatis in proxime ſequentem Dominicam, nempe XXIIX. Martii diem, promovetur,

Si Plenilunium accidit Feriâ	I ſive ☉	Paſcha celebratur	XXIIX	Martii.
	II -- ☽		XXVII	
	III -- ♂		XXVI	
	IV -- ☿		XXV	
	V -- ♃		XXIV	
	VI -- ♀		XXIII	
	VII -- ♄		XXII	

In primitiva Eccleſia, ſi Æquinoctium & Plenilunium incidebant in Feriam VII, & quidem XXI. Martii diem, Feſtum non XXII. ſed XXIX. demum Martii die celebratum fuiſſe, *Sethus Calviſius* ex *Victorino* & *Gregorio Turonenſi* probat.

Circa, & longe poſt, Concilii Nicæni tempora usque ad *Copernicum* & *Tychonem*, Aſtronomiam valde rudem fuiſſe, & ideo Parochos, utpote harum rerum ignaros, Paſchatis diem determinare haud potuiſſe, conſtat: quamobrem Concilii Nicæni Patres Epiſcopo Alexandrino mandârunt, ut menſem & diem Paſchalem indagaret, & in tempore ſignificaret Epiſcopo Romano, qui reliquis occidentalis Eccleſiæ Epiſcopis & Parochis hoc intimaret, ut in Eccleſiis die VI. Januarii, nempe feſto Epiphanias, poſt prælectum Evangelium pro concione dies Jejuniorum & Paſchatis auditoribus indicarent, *Seth. Calviſ. c. 16. p. 99.*

Nonnulli ſagaciores, beneficio Cycli Metonici ſive Aurei Numeri, qui ex XIX. annis ſolaribus conſtat, Paſcha inveniendi modum monſtrarunt: Cyclus autem Lunæ vel Metonis eſt periodus annorum, quâ Nodi, nempe cauda & caput Draconis, retrogrado motu Zodiacum penè abſolvunt; per Nodos autem intelligimus duo puncta, in quibus via Lunaris viam Solarem ſive Eclipticam interſecat; Cum igitur Novilunia, abſoluto hoc Cyclo Metonis pene reſtituantur, ita ut Plenilunium, ante XIX. annos incidens in XXI. Martii diem, hoc anno iterum in eandem Martii diem incidere debuerit, ideò ſingulis annis Novilunia & Plenilunia beneficio hujus Cycli inveniri poſſe, crediderunt.

Poſtquam verò *Calippus* ſexto ante mortem Alexandri M.

anno

anno ex Eclipſium obſervatione, non plenos XIX. annos ad hunc Cyclum requiri deprehendiſſet, ſed diei quadrantem deficere, ex quatuor Cyclis ſive LXXVI. annis, quatuor quadrantes ſive integrum diem detraxit.

Hipparchus quoque, tempore Judæ Maccabæi, ex quatuor Cyclis Calippicis, ſive ex 304. annis, non quatuor dies, ſed quinque abjiciendos eſſe deprehendit.

Cum autem temporis ſucceſſu denuo Cyclus hic deficere inciperet, anno Chriſti 527. Abbas Romanus, nomine *Dionyſius Exiguus*, Cyclum Solis 28. per Cyclum Lunæ 19. multiplicando novum compoſuit Cyclum Dyonyſianum, quo adhuc Calendarii Juliani adſtipulatores uſi ſunt.

Sed & hunc Cyclum imperfectum eſſe, poſt aliquot ſecula compertum eſt, quamobrem anno cIↃ IↃ XXCII. Pontifex Romanus *Gregorius XIII.* nonnullis Mathematicis, ut Faſtorum defectus ſub examen revocarent, illosque ad naturæ conformem, certam & conſtantem redigerent formam, in mandatis dedit.

Ejusdem Pontificis tempore *Aloyſius* & *Antonius Lilius* fratres, Cyclum Lunæ ipſorum judicio accuratum & immutabilem invenerunt, unde Laudatus Pontifex *Chriſtophoro Clavio* & *Blancano* mandavit, ut ſecundum Cyclum Lilianum, faſtorum computum adornarent, neglecto celeberrimi & doctiſſimi Mathematici & Muſici Veneti *Joſephi Zarlini* conſilio, quod in tractatu de vera anni forma, ſive de recta ejus emendatione, ann. 1580. edito, Pontifici *Gregorio* dedicaverat.

Zarlinus autem (I.) Veram anni Solaris quantitatem præter 365. dies etiam 47 I. 35 II. 10 III. & $\frac{133}{203}$ unius tertii minuti eſſe ſtatuit.

II. Æquinoctium verum ad 25. Martii diem, quem circa Nativitatem Salvatoris occupaverat, promovendum eſſe,

III. Viceſimo nono quovis anno ſeptimam faciendam eſſe intercalationem, hoc eſt, ſi quarto, octavo, duodecimo, decimo ſexto, viceſimo, & viceſimo quarto annis intercalatus fue-

rit dies biſſextilis, tunc ſeptimam intercalationem, non viceſimo octavo, ſed viceſimo nono anno faciendam eſſe, ſvaſit.

Nihilominus Calendarium ad mentem *Lilii* ordinatum, & I. Æquinoctium, non ad diem tempori Nativitatis Chriſti, ſed ad diem, Concilii Nicæni temporibus reſpondentem, & ſic ad XXI. Martii diem promotum fuit.

II. Ne cum tempore Æquinoctia diem XXI. defererent, ut quatuor ſeculis non niſi tres dies intercalares compenſarentur, Faſtorum correctores conſtituerunt; Et propterea anni 1700. 1800. 1900. qui alias biſſextiles eſſe deberent, neglecta intercalatione, pro communibus haberentur, Annus vero 2000. iterum eſſet biſſextilis.

III. Non amplius aureum Numerum, ſed ejus loco Epactas ad indagandum Plenilunium Paſchale commendàrunt.

Epactæ autem vocantur dies XI. ſuperflui, quibus annum Lunarem, ex 12. menſibus Lunaribus vel ex 354. diebus conſtantem, ſuperat annus Solaris 365. dies continens.

Ex trium annorum Epactis componitur menſis Emboliſmalis ſive Intercalaris, qui olim quidem nonniſi 28. dies continebat *l. 98. §. 2. ff. de verbor. ſignif.* quem *Cato* vocavit menſem addititium, omnesque ejus dies pro momento temporis obſervavit; *Quintus Mutius* extremo diei menſis Februarii attribuit *d. l. 98. §. 1. ff. d. verb. ſingn.*

Hodie vero talis menſis, vulgo **Einſchaltmonat** ex 30. diebus conſtat, & plerumque tertio anno, interdum etiam ſecundo inſeritur, unde talis annus XIII. ſortitur menſes, ſc. Lunares.

Eruditiores poſtea Mathematici, & præcipue *Michaël Meſtlinus*, Prof. Tubingenſis, *Franciſcus Vieta* Mathematicus Pariſinus, *Georg. Germanus* Wartenbergenſis Boruſſus, *Sethus Calviſius* Lipſienſis, aliique Calendarium novum, æque ac vetus Julianum, in quibusdam quoque magis mendoſum eſſe deprehenderunt & demonſtrarunt;

Unde ex Sereniſſimis Imperii Ordinibus aliqui commoti de Calendarii emendatione ſoliciti eſſe cœperunt; haud pauci etiam Mathematici, in computandi arte alias exercitatiſſimi, varios,

rios, quibus malo huic mederi poſſent, propoſuerunt modos, qui tamen admodum prolixi, & interdum adeò obſcuri ſunt, ut ab ipſis Mathematicarum rerum peritisſimis vix intelligantur, & præterea quoque minus accuratam anni Solaris quantitatem aſſumunt, unde deſideratum attingere ſcopum nequeunt.

Conſultisſimum itaque foret, ſi I. vera anni Solaris quantitas adſumeretur, & II. Novilunia & Plenilunia non amplius per uſitatos hactenus fallaces Cyclos, ſed potius per eas, quibus hodie fruimur, Ephemerides indagarentur.

Ad primum quod attinet, nempe veram anni Solaris quantitatem, illam nemo adhuc exactè, & quidem rotundè determinare potuit, quia diei naturalis in XXIV. horas diſtributio non quadrat motui Solari annuo; ſemper enim aliquæ vel deficiunt vel abundant minutiæ. E. g. Tychoniani annum Solarem 365. dies, 5. horas, 48 /. 57 //. 35 ///. 44 ////. &c. continere dicunt, ſed aliquas negligere coguntur minutias. Quamvis etiam *Joſephus Zarlinus* exactius hanc quantitatem exprimere voluerit, per 365. dies, 5 h. 47 /. 35 //. 10 ///. & $\frac{70}{103}$ unius tertii, non facilè tamen ejusmodi minutiæ concipi poſſunt.

Novum igitur ad *Zarlini* Hypotheſin adornavi horologium, quod diem, non tantum in XXIV. *longas*, hactenus uſitatas, ſed etiam in XXIX. *breves* dividit horas. Et hoc modo annus ſolaris exactè continet 365. dies, & 7. horas *breves*.

Horologium hoc novum pondere movetur, & pendulo temperatur. Frons ejus quadrata diverſos exhibet circulos, quorum extimus ſive I. in 60. partes æquales, ſive minuta prima unius horæ *longæ* diviſus eſt, quæ index longior, dum ſingulis horis *longis* ſemel ambitum ſuum abſolvit, oſtendit, ſimulque quatuor horæ *longæ* quadrantes monſtrat. Alter ſive II. limbus XXIX. annos cum adhærentibus horis *brevibus* ob oculos ponit. Exempli gratia: Annus XXV. præter 365. dies nonniſi unicâ horâ, eaque *brevi* abundat; Sic anno XXI. duæ horæ *breves*; Anno XVII. tres; Anno XIII. quatuor; & ſic deinceps, usque ad annum XXIX, cui præter 365. dies

in-

inſuper 29. horæ *breves*, integrum diem conſtituentes, adhærent; quamobrem ille annus, utpote propriè ſic dictus Biſſextilis, 366. dies completos continet, nihilque, ut in cæteris biſſextilibus deficit.

III. Tertius, isque amplior limbus in XXIX. *breves*;

& IV. Quartus itidem amplior in XXIV. horas, easque *longas* ordinarias diſpeſcitur: in utroque limbo horæ eodem indice paulò breviore ſignificantur.

Inter duos ampliores limbos anguſtior intercipitur, in quo quatuor diverſarum magnitudinum areolæ nigræ occurrunt, quarum minima, inter VIImam *brevem* & VItam *longam*, horas, indicat tempus, quod ſex horis *longis* in Calendario Juliano 365. diebus adjiciendis deeſt, & æquipollet uni horæ *brevis* quadranti. Altera paulo major areola eſt defectus horarum duodecim *longarum*, qui æquatur duobus quadrantibus horæ *brevis*, Tertia, iterum major, eſt defectus octodecim horarum *longarum*, æqualis tribus horæ *brevis* quadrantibus. Quarta denique areola, eaque maxima, denotat tempus, quod quarto anno deeſt 24. quæ ex quater ſenis collectæ ſunt, horis, & æquatur uni horæ *brevi*.


Interiores parvi Circuli horarum *brevium* minuta ſuppeditant; illorum inferior dividitur in quatuor horæ *brevis* quadrantes, quorum quilibet in 7. minuta prima dividitur.

Superior vero circulus in X. minuta ſecunda, eorumque ſemiſſes (Halfſcen) diviſus eſt. De quibus tamen notandum, illos ſemiſſes planè negligi poſſe, quia horas *breves* & *breviores* æquè ac *longas* in 60. minuta dividere poſſumus.

Si itaque, exempli gratia, præteritus annus cum fine horæ viceſimæ nonæ finitus fuiſſet, præſens I. cum hora VIIma veſpertina; & ſequens II. annus cum XIVta mediæ noctis; Tertius cum XXIma matutina; & Quartus cum XXIIXva meridiana terminari, Solq; $12\frac{12}{29}$ gradus citra meridianum noſtrum, Orientem verſus, eſſe deberet.

Similiter octavus annus horâ XXVII. finiendus eſſet, & ſic deinceps, uti ex adjecta tabella patet;

Annus



Annus

Idem ev
ni, cum ſuis

Annus	Dies
I	365.
V	-
IX	-
XIII	-
XVII	-
XXI	-
XXV	365.

Ne aut
cuilibet ann
ptima vero i
quaſi 29. ho
diano inveni
Biſſextiles, 36

Cum a
obſervationi
compoſitum
actè reſtitui,
nus, quem
ſtans, adjun

Si igitu
tercalatio fa
chianus vel

Per ſequentes 145. poſtea annos ordinarius, & per 33. annos denuò correctorius:

Per 174. annos iterum ordinarius, & denique per 33. annos correctorius obſervari debet.

Cyclum hunc vocavi Kirchianum, quia *Cl. Gotbofredus Kirchius* in ſuo Kalendario anni 1678, illum commendat, cujus uſus ex adjecta tabella patet.

	D.	H.		D.	H.		D.	H.				
I	365.	8	II	365.	16	III	365.	24	XXXIII	365	33	B
V	-	7	VI	-	15	VII	-	23	IV	-	32	B
IX	-	6	X	-	14	XI	-	22	IIX	-	31	B
XIII	-	5	XIV	-	13	XV	-	21	XII	-	30	B
XVII	-	4	XIIX	-	12	XIX	-	20	XVI	-	29	B
XXI	-	3	XXII	-	11	XXIII	-	19	XX	-	28	B
XXV	-	2	XXVI	-	10	XXVII	-	18	XXIV	-	27	B
XXIX	365.	1	XXX	365.	9	XXXI	365.	17	XXIIX	-	26	B
									XXXII	365.	25	

Ubi quarto quolibet anno intercalatur integer dies, 33. horarum brevium, licet ſolummodo 32. horæ abundent. Octavo anno integer dies adjicitur, cum tamen non niſi 31. horæ ſuperſint, & ſic deinceps, usque ad annum XXIIX, cui itidem integer adjungitur dies, ob ſuperfluas 26. horas. Anno autem trigeſimo ſecundo, cui accedunt horæ breves 25, nullus intercalatur dies, habeturque pro anno communi, ex 365. diebus conſtante, ejusq; horæ 25. ſequenti XXXIII. anno conceduntur, qui illis ſuas 8. horas ſuperfluas addit, & hoc modo 33. horas, ſive integrum diem lucratur, ac propterea completus biſſextilis eſt, qui ex 366. diebus completis conſtat, cum reliqui Biſſextiles omnes ſint mutulati, dum

in Anno	IV	deſiderantur horæ breves	1
	IIX		2
	XII		3
	XVI		4
	XX		5
	XXIV		6
	XXIIX		7

Cor-

Correctorius hic Cyclus, ſi communis ſepties decies adhibitus fuerit, non niſi ter locum habet, & quidem primo ſexies proceditur juxta Cyclum ordinarium, deinde ſemel aſſumitur Correctorius, ſi poſtea denuò Ordinario quinquies quis fuerit uſus, iterum ſemel admittitur Correctorius. Si denique denuo ſexies Ordinarius obſervetur Cyclus, ultimo loco per Correctorium tempora exactiſſimè reſtituuntur. Semper enim in ſex ordinariis deprehenditur aliquot minutorum exceſſus: Primus ergo correctorius ita reſtituit, ut non niſi unicum ſuperſit minutum: exceſſum quinque ſubſequentium ordinariorum, alter correctorius compenſat ita, ut unicum deficiat minutum. Poſtquam in ſex ultimis ordinariis, denuo exceſſus reperiantur, tertius correctorius ita reſtituit annum illum Biſſextilem, ut ne minimum vel deficiat vel excedat minutum.

Ut hi exceſſus innoteſcant, & demonſtrari queant; Novo opus eſt Horologio, quod diem naturalem in XXXVII. *breviſſimas*, vel XVI. *longisſimas* dividit horas, & horam *breviſſimam* in 16. minuta, Horam *longiſſimam* vero in 37. minuta.

Propterea duas compoſui Tabulas, in quibus apparent exactiſſimi ſingulorum annorum defectûs, ex quibus ultimorum cujuslibet Cycli, tam ordinarii, quam correctorii annorum exceſſûs, & unicum defectum excerpendos & præmittendos duxi,

In ultimo anno Cycli:

Ordinarii	I	abundant	3
	II		6
	III		9
	IV		12
	V		14
	VI		18
Correctorii	VII		1
Ordinarii	IIX		4
	IX		7
	X		10
	XI		13
	XII		16
Correctorii	XIII	deficit	1
Ordinarii	XIV	abundant	2
	XV		5
	XVI		8
	XVII		11
	XIIX		14
	XIX		17
Correctorii	XX	abũd. & dific.	0

minuta quorũ 16 / 17 Diei in horas XXXVII *breviſſimas* / XVI *longisſimas* diviſi, complent horam.

vel talia minuta, quorum 592 unum diem naturalem, aliàs in XXIV. horas, vel in 1440 minuta prima diviſum, conſtituunt.

Ex hac tabella quodammodo patet, novum ex his XX. Cyclis, eumque maximum componi Cyclum, qui ex 592. annis conſtat, quó abſolutô, à primo Cycli hujus anno iterum incipitur, & ſic deinceps. Omnes autem Biſſextiles ſunt vel exceſſivi, ut 29nus 58vus 87, 116. 145, 174, 207. 236. &c. vel defectivi, ut 4. 8. 12, 16, 20, 24. 33, 385, 390, &c. Excepto ultimo ſive 592, qui perfectiſſimus eſt, quia in illo neque abundat, neq; deficit aliquid, ſed exactè tempora periſtum reſtituuntur. Porro ex his tabulis videre eſt, Julianos quolibet Cyclo maximo quinque ſuperfluos intercalare dies, quem exceſſum Gregoriani nequicquam compenſare conantur, dùm quatuor ſeculis tres ſubtrahunt dies, cum tamen 272. annis tres dies intercalares detrahi debuiſſent.

Quemadmodum autem juxta Cyclum *ordinarium* ſive Zarlinianum antea conſtruxi Horologium, ita aliud nunc adornandum fuit, quod præter ordinarium, etiam correctorium dirigit cyclum, & inſuper diem naturalem in *XXXVII. breviſſimas*, ut & in *XVI. longiſſimas* dividit horas.

Novi hujus Horologii I. extimus limbus continet 60. minuta prima unius horæ *longæ*, quarum XXIV. diem naturalem conſtituunt, cujus margini quatuor quadrantes adjuncti ſunt.

Hos quadrantes & minuta monſtrat index longior, qui ſingulis horis *longis*, totum abſolvit ambitum.

II. Diviſus eſt in 37. horas *breviſſimas*, quarum quilibet denuò dividitur in 8. particulas, quorum duæ æquipollent uni minuto ſive $\frac{1}{17}$ parti horæ *breviſſimæ*.

III. Horarum *longarum* & *longiſſimarum* differentias monſtrat.

IV. In Horas 33. *breviores*,

V. itidem in 33. *breviores*,

VI. in 29. *breves*,

VII. in 24. *longas* dividitur horas.

In Vto & VIto limbis areolæ repeñuntur nigræ, quæ determinant annuas diverſorum Cyclorum differentias, & in Vto habentur defectûs annui ad Cyclum *correctorium*, in VIto autem defectûs annui ad *Ordinarium* pertinentes. IIX. In


13a

13a

M

II
IX
X.
O
ſuam p
Ob
diviſion
quod h
re aſſve
Se
atur ha
Feſta ſe
Pr
verti po
bent, p
timo lo
Si

$10\frac{1}{3}\frac{0}{9}$ ///
quens t



S
hoc mo
33
Sequ

SAMUELIS REYHERI, JC.
In Academia CHRISTIAN-ALBERTINA
Cod. & Mathem. Prof. P.

NOVUM
HOROLOGIUM,

Mediante quo

Dies naturalis, ſemper hactenus
in horas XXIV, *longas* diviſus, ob dupli-
cem Cyclum intercalarem, non tantùm in XXIX. *bre-
ves*, ac XXXIII. *breviores*, ſed etiam, accuratioris demonſtra-
tionis gratia, in XVI. *longiſſimas*, ac in XXXVII. *bre-
viſſimas* horas ita diſtribuitur, ut
Annus Solaris exactè menſurari,
&

CALENDARIUM

In certam, immutabilem, naturæque convenientem
formam redigi,
Meridiani etiam accuratiſſimè diſponi, ac
hoc modo
Locorum longitudines corrigi, queant.

Opus Aſtronomis, Chronologis,
& Geographis apprimè utile, & quo-
dammodo neceſſarium.

KILIÆ,
Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr. 1699.

PRÆFATIO.

HOrologii hujus novi deſcriptio ob duplicem Uſum, quem non tantùm *Aſtronomiæ* & *Chronologiæ*, ſed etiam *Geographiæ, Hydrographiæ* ac *Navigationibus* præbet, commodè in duas partes dividitur, quarum Prior de *Temporum* reſtitutione, & *Calendarii* emendatione: Poſterior de *Meridianorum* diſpoſitione, & *Longitudinum* in Globo Telluris correctione aget.

PARS PRIOR.

De *Temporum reſtitutione, & Calendarii emendatione.*

CAjum Julium Cæſarem, primum Romanorum Monarcham, quadrageſimo quinto plus minuſve anno ante natum Salvatorem, ſvadente Soſigene, Aſtronomo Ægyptio, ad certam quantitatem, nempe CCCLXV. dierum cum quadrante magnitudinem, redegiſſe annum Solarem; Ne autem ſucceſſu temporis confuſio oriretur, quarto quovis anno integrum diem, ex quatuor quadrantibus compoſitum, intercalari, ſive in fine anni adjici mandaviſſe, notum eſt. Ab eo tempore anni fuerunt vel communes, ex 365. diebus, vel bisſextiles, ex 366. diebus conſtantes. Et hanc anni formam ac quantitatem poſtea Imperatores Chriſtiani retinuerunt.

Cum vero tempore *Conſtantini Magni*, aliquos Chriſtianorum citius, aliquos vero tardius Paſchatis feſtum celebrare animadverteretur, anno CCCXXV. in Concilio Nicæno, quod Conſtantinus Imperator convocârat, decretum eſt, ut omnes tam orientales, quam occidentales Chriſtiani, unâ eâdemque Dominica, quæ nempe poſt plenilunium, æquinoctio verno proximè ſuccedens, ſequitur, hoc feſtum agerent. Hinc terminos Paſchales intra XXII. Martii, & XXV. Aprilis concluſerunt, ne ſcilicet ante, vel ipſo XXI. die Martii, & poſt XXV. diem Aprilis unquam Paſcha celebraretur: quia nimirum eo tempore æquinoctium Vernum in XXI. Martii incidebat.

Si itaque Plenilunium die XXI. Martii, & quidem Dominica accidit, Feſtum Paſchatis in proxime ſequentem Dominicam, nempe XXIIX. Martii diem, promovetur,

Si Plenilunium accidit Feriâ			Paſcha celebratur		
	I ſive	☉		XXIIX	Martii.
	II --	☽		XXVII	
	III --	♂		XXVI	
	IV --	☿		XXV	
	V --	♃		XXIV	
	VI --	♀		XXIII	
	VII --	♄		XXII	

In primitiva Eccleſia, ſi Æquinoctium & Plenilunium incidebant in Feriam VII, & quidem XXI. Martii diem, Feſtum non XXII. ſed XXIX. demum Martii die celebratum fuiſſe, *Sethus Calviſius* ex *Victorino* & *Gregorio Turonenſi* probat.

Circa, & longe poſt, Concilii Nicæni tempora usque ad *Copernicum* & *Tychonem*, Aſtronomiam valde rudem fuiſſe, & ideo Parochos, utpote harum rerum ignaros, Paſchatis diem determinare haud potuiſſe, conſtat: quamobrem Concilii Nicæni Patres Epiſcopo Alexandrino mandârunt, ut menſem & diem Paſchalem indagaret, & in tempore ſignificaret Epiſcopo Romano, qui reliquis occidentalis Eccleſiæ Epiſcopis & Parochis hoc intimaret, ut in Eccleſiis die VI. Januarii, nempe feſto Epiphanias, poſt prælectum Evangelium pro concione dies Jejuniorum & Paſchatis auditoribus indicarent, *Seth. Calviſ. c. 16. p. 99.*

Nonnulli ſagaciores, beneficio Cycli Metonici ſive Aurei Numeri, qui ex XIX. annis ſolaribus conſtat, Paſcha inveniendi modum monſtrarunt: Cyclus autem Lunæ vel Metonis eſt periodus annorum, quâ Nodi, nempe cauda & caput Draconis, retrogrado motu Zodiacum penè abſolvunt: per Nodos autem intelligimus duo puncta, in quibus via Lunaris viam Solarem ſive Eclipticam interſecat; Cum igitur Novilunia, abſoluto hoc Cyclo Metonis pene reſtituantur, ita ut Plenilunium, ante XIX. annos incidens in XXI. Martii diem, hoc anno iterum in eandem Martii diem incidere debuerit, ideò ſingulis annis Novilunia & Plenilunia beneficio hujus Cycli inveniri poſſe, crediderunt.

Poſtquam verò *Calippus* ſexto ante mortem Alexandri M. anno

anno ex Eclipſium obſervatione, non plenos XIX. annos ad hunc Cyclum requiri deprehendiſſet, ſed diei quadrantem deficere, ex quatuor Cyclis ſive LXXVI. annis, quatuor quadrantes ſive integrum diem detraxit.

Hipparchus quoque, tempore Judæ Maccabæi, ex quatuor Cyclis Calippicis, ſive ex 304. annis, non quatuor dies, ſed quinque abjiciendos eſſe deprehendit.

Cum autem temporis ſucceſſu denuo Cyclus hic deficere inciperet, anno Chriſti 527. Abbas Romanus, nomine *Dionyſius Exiguus*, Cyclum Solis 28. per Cyclum Lunæ 19. multiplicando novum compoſuit Cyclum Dyonyſianum, quo adhuc Calendarii Juliani adſtipulatores uſi ſunt.

Sed & hunc Cyclum imperfectum eſſe, poſt aliquot ſecula compertum eſt, quamobrem anno cIↄ Iↄ XXCII. Pontifex Romanus *Gregorius XIII.* nonnullis Mathematicis, ut Faſtorum defectus ſub examen revocarent, illosque ad naturæ conformem, certam & conſtantem redigerent formam, in mandatis dedit.

Ejusdem Pontificis tempore *Aloyſius* & *Antonius Lilius* fratres, Cyclum Lunæ ipſorum judicio accuratum & immutabilem invenerunt, unde Laudatus Pontifex *Chriſtophoro Clavio* & *Blancano* mandavit, ut ſecundum Cyclum Lilianum, faſtorum computum adornarent, neglecto celeberrimi & doctiſſimi Mathematici & Muſici Veneti *Joſephi Zarlini* conſilio, quod in tractatu de vera anni forma, ſive de recta ejus emendatione, ann. 1580. edito, Pontifici *Gregorio* dedicaverat.

Zarlinus autem (I.) Veram anni Solaris quantitatem præter 365. dies etiam 5. hor. 47 l. 35 ll. 10 lll. & $\frac{133}{203}$ unius tertii minuti eſſe ſtatuit.

II. Æquinoctium verum ad 25. Martii diem, quem circa Nativitatem Salvatoris occupaverat, promovendum eſſe,

III. Viceſimo nono quovis anno ſeptimam faciendam eſſe intercalationem, hoc eſt, ſi quarto, octavo, duodecimo, decimo ſexto, viceſimo, & viceſimo quarto annis intercalatus fue-

 rit

rit dies biſſextilis, tunc ſeptimam intercalationem, non viceſſimo octavo, ſed viceſimo nono anno faciendam eſſe, ſvaſit.

Nihilominus Calendarium ad mentem *Lilii* ordinatum, & I. Æquinoctium, non ad diem tempori Nativitatis Chriſti, ſed ad diem, Concilii Nicæni temporibus reſpondentem, & ſic ad XXI. Martii diem promotum fuit.

II. Ne cum tempore Æquinoctia diem XXI. desererent, ut quatuor ſeculis non niſi tres dies intercalares compenſarentur, Faſtorum correctores conſtituerunt; Et propterea anni 1700. 1800. 1900. qui alias biſſextiles eſſe deberent, neglecta intercalatione, pro communibus haberentur, Annus vero 2000. iterum eſſet biſſextilis.

III. Non amplius aureum Numerum, ſed ejus loco Epactas ad indagandum Plenilunium Paſchale commendarunt.

Epactæ autem vocantur dies XI. ſuperflui, quibus annum Lunarem, ex 12. menſibus Lunaribus vel ex 354. diebus conſtantem, ſuperat annus Solaris 365. dies continens.

Ex trium annorum Epactis componitur menſis Embolismalis ſive Intercalaris, qui olim quidem nonniſi 28. dies continebat *l. 98. §. 2. ff. de verbor. ſignif.* quem *Cato* vocavit menſem addititium, omnesque ejus dies pro momento temporis obſervavit; *Quintus Mutius* extremo diei menſis Februarii attribuit *d. l. 98. §. 1. ff. d. verb. ſingn.*

Hodie vero talis menſis, vulgo Einſchaltung/ ex 30. diebus conſtat, & plerumque tertio anno, interdum etiam ſecundo inſeritur, unde talis annus XIII. ſortitur menſes, ſc. Lunares.

Eruditiores poſtea Mathematici, & præcipue *Michaël Mæſtlinus*, Prof. Tubingenſis, *Franciſcus Vieta* Mathematicus Pariſinus, *Georg. Germanus* Wartenbergenſis Boruſſus, *Sethus Calviſius* Lipſienſis, aliique Calendarium novum, æque ac vetus Julianum, in quibusdam quoque magis mendoſum eſſe deprehenderunt & demonſtrarunt;

Unde ex Sereniſſimis Imperii Ordinibus aliqui commoti de Calendarii emendatione ſoliciti eſſe cœperunt; haud pauci etiam Mathematici, in computandi arte alias exercitatiſſimi, varios,

rios, quibus malo huic mederi poſſent, propoſuerunt modos, qui tamen admodum prolixi, & interdum adeò obſcuri ſunt, ut ab ipſis Mathematicarum rerum peritisſimis vix intelligantur, & præterea quoque minus accuratam anni Solaris quantitatem aſſumunt, unde deſideratum attingere ſcopum nequeunt.

Conſultisſimum itaque foret, ſi I. vera anni Solaris quantitas adſumeretur, & II. Novilunia & Plenilunia non amplius per uſitatos hactenus fallaces Cyclos, ſed potius per eas, quibus hodie fruimur, Ephemerides indagarentur.

Ad primum quod attinet, nempe veram anni Solaris quantitatem, illam nemo adhuc exactè, & quidem rotundè determinare potuit, quia diei naturalis in XXIV. horas diſtributio non quadrat motui Solari annuo; ſemper enim aliquæ vel deficiunt vel abundant minutiæ. E. g. Tychoniani annum Solarem 365. dies, 5. horas, 48 /. 57 //. 35 ///. 44 ////. &c. continere dicunt, ſed aliquas negligere coguntur minutias. Quamvis etiam *Joſephus Zarlinus* exactius hanc quantitatem exprimere voluerit, per 365. dies, 5 h. 47 /. 35 //. 10 ///. & $\frac{70}{103}$ unius tertii, non facilè tamen ejusmodi minutiæ concipi poſſunt.

Novum igitur ad *Zarlini* Hypotheſin adornavi horologium, quod diem, non tantum in XXIV. *longas*, hactenus uſitatas, ſed etiam in XXIX. *breves* dividit horas. Et hoc modo annus ſolaris exactè continet 365. dies, & 7. horas *breves*.

Horologium hoc novum pondere movetur, & pendulo temperatur. Frons ejus quadrata diverſos exhibet circulos, quorum extimus ſive I. in 60. partes æquales, ſive minuta prima unius horæ *longæ* diviſus eſt, quæ index longior, dum ſingulis horis *longis* ſemel ambitum ſuum abſolvit, oſtendit, ſimulque quatuor horæ *longæ* quadrantes monſtrat. Alter ſive II. limbus XXIX. annos cum adhærentibus horis *brevibus* ob oculos ponit. Exempli gratia: Annus XXV. præter 365. dies nonniſi unicâ horâ, eaque *brevi* abundat; Sic anno XXI. duæ horæ *breves*; Anno XVII. tres; Anno XIII. quatuor; & ſic deinceps, usque ad annum XXIX. cui præter 365. dies

in-

inſuper 29. horæ *breves*, integrum diem conſtituentes, adhærent: quamobrem ille annus, utpote propriè ſic dictus Biſſextilis, 366. dies completos continet, nihilque, ut in cæteris biſſextilibus deficit.

III. Tertius, isque amplior limbus in XXIX. *breves*;

& IV. Quartus itidem amplior in XXIV. horas, easque *longas* ordinarias diſpeſcitur: in utroque limbo horæ eodem indice paulò breviore ſignificantur.

Inter duos ampliores limbos anguſtior intercipitur, in quo quatuor diverſarum magnitudinum areolæ nigræ occurrunt, quarum minima, inter VIImam *brevem* & VItam *longam*, horas, indicat tempus, quod ſex horis *longis* in Calendario Juliano 365. diebus adjiciendis deeſt, & æquipollet uni horæ *brevis* quadranti. Altera paulo major areola eſt defectus horarum duodecim *longarum*, qui æquatur duobus quadrantibus horæ *brevis*, Tertia, iterum major, eſt defectus octodecim horarum *longarum*, æqualis tribus horæ *brevis* quadrantibus. Quarta denique areola, eaque maxima, denotat tempus, quod quarto anno deeſt 24. quæ ex quater ſenis collectæ ſunt, horis, & æquatur uni horæ *brevi*.

Interiores parvi Circuli horarum *brevium* minuta ſuppeditant; illorum inferior dividitur in quatuor horæ *brevis* quadrantes, quorum quilibet in 7. minuta prima dividitur.

Superior vero circulus in X. minuta ſecunda, eorumque ſemiſſes (Halfſten) diviſus eſt. De quibus tamen notandum, illos ſemiſſes planè negligi poſſe, quia horas *breves* & *breviores* æquè ac *longas* in 60. minuta dividere poſſumus.

Si itaque, exempli gratia, præteritus annus cum fine horæ viceſimæ nonæ finitus fuiſſet, præſens I. cum hora VIIma veſpertina; & ſequens II. annus cum XIVta mediæ noctis; Tertius cum XXIma matutina; & Quartus cum XXIIX va meridiana terminari, Solq; $12\frac{12}{29}$ gradus citra meridianum noſtrum, Orientem verſus, eſſe deberet.

Similiter octavus annus horâ XXVII. finiendus eſſet, & ſic deinceps, uti ex adjecta tabella patet;

Annus

Annus


Idem ev
ni, cum ſuis l

Annus	Dies
I	365.
V	-
IX	-
XIII	-
XVII	-
XXI	-
XXV	365.

Ne aut
cuilibet ann
ptima vero i
quaſi 29. ho
diano inveni
Biſſextiles, 36

Cum a
obſervationi
compoſitum
actè reſtitui,
nus, quem
ſtans, adjun

Si igitu
tercalatio fa
chianus vel



Per ſequentes 145. poſtea annos ordinarius, & per 33. annos denuò correctorius :

Per 174. annos iterum ordinarius, & denique per 33. annos correctorius obſervari debet.

Cyclum hunc vocavi Kirchianum, quia *Cl. Gothofredus Kirchius* in ſuo Kalendario anni 1678, illum commendat, cujus uſus ex adjecta tabella patet.

	D.	H.		D.	H.		D.	H.	XXXIII	365.	33 B
I	365.	8	II	365.	16	III	365.	24	IV	-	32 B
V	-	7	VI	-	15	VII	-	23	IIX	-	31 B
